responsione ac satisfactione Omnibus Controversiis exceptionibus allegationibus evasionibus dilationibus quibusvis Motionibus appellationum ac earundem prosequutionibus aliisque in universum iuris remediis et defensis legalibus impedimentis etiam de iure concessibilibus se et suos successores abrenunciando

Malinowski 4 Obligatio

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneal. Branscensibus personaliter comparens Nobilis Leonardus olim Stanislai Malinowski Mudzik sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit Quia Nobili Jacobo filio Nobilis Pauli Malinowski et ipsius successoribus Bonorum in haereditate Malinowo Zaleśnie consistentium Medietatem ... a stagno ad ... camporum penes metam eiusdem Parentis iacentem prout medietas comprehendi potest Cum Omnibus utilitatibus fructibus proventibus attinentiis et pertinentiis Nullis exceptis in septem sexagenis Polonicalium ad exemptionem obligavit et inscripsit. Cui iam exnunc intromissionem realem cum pacifica possessione per Ministerialem et Nobiles duos officiose acceptandam dat et admittit Submittendo se de Omnibus bonis cum successoribus suis Memoratum tenutarium suum et eius posteros occasione praemissorum ab Omni impedimento iuridico quarumvis personarum propinquarum et remotarum per Omne tempus tenutae eiusmodi tueri defendere evincere Illiusque et per submissas personas non inquietare sub vadiis similibus aliarum septem sexagenarum Polonicalium. Et Coram officio praesenti Castrensi Branscensi in primo Citationis Terminis peremptorie ... Cum ... in universum iuris remediis et defensis se et suos ... abrenunciando et abrenunciando.

Eiusdem Donatio.

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneal. Branscensibus personaliter comparens Nobilis Leonardus olim Stanislai Malinowski sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia Nobili Jacobo filio Nobilis Pauli Malinowski et ipsius successoribus Bonorum in haereditate Malinowo Zaleśnie consistentium cum Medio sulcos a pariete Styscowska ad viam Widowska granitie ... inter metas Włoszkowizna et fratris sui Pauli iacentem Item in Murgis ... Unum cum Medio a granicie Styscowska ad transversalia inter metas parentis ipsius Jacobi et Pauli fratris sui iacentem Cum Omnibus utilitatibus fructibus proventibus attinentiis et pertinentiis Nullis exceptis dedit donavit inscripsit et in perpetuum assignavit. Cui iam exnunc intromissionem realem cum pacifica possessione per Ministerialem et Nobiles duos officiose acceptandam dat et admittit. Submittendo se de Omnibus bonis cum successoribus suis Memoratum Donatarium suum et eius posteros occasione praemissorum ab Omni impedimento iuridico quarumvis personarum propinquarum et remotarum per Omnes possessores Omnes tueri defendere evincere illiusque per se et per submissas personas non inquietare sub Damnis ...